



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Sacrificate sacrificium iusticiæ, & sperate in domino.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

lam quid illud & in cubilibus uestris compungimini: quæ tacēdi & compun-
 gendi cōcordia, in meo iudicio hæc est, q̄ redeūdo ad cor, iratus compungitur
 hōiq; displicet q̄ cōmōtus sit, atq; ita ad silentium prædictū per compūctōnis
 vim p̄xime accedit. Itaq; dū loquitur cū corde & impatientia iræ suæ, quā si fuisset
 & seorsum positus; q̄ stulta fuerit cōmōtio & impatientia iræ suæ, quā si fuisset
 secutus, turpiter cecidisset, atq; hac sui cōpūctōne mutat^o abstinere a tumultu,
 ad quē motus fuerat & iam tacet uindictæ flamma nō parum sedata. Qui me
 ad quē motus fuerat & iam tacet uindictæ flamma nō parum sedata. Qui me
 hora habet, sine in uia communicet. Hoc ego potui.

In cubilibus
 cōpungimini.

Sela, in fine uersus quid significet satis diximus. Insigne enim est gratia do-
 nam, hunc posse affectum præstari ab eo, qui fuerit iniuria & tentatione ad
 iram & impatientiam prouocatus, ut frenata lingua, seorsum se recipiat & ta-
 ceat. Nam in hunc scopum tractat hunc psalmum Paulus (ut dixi) Ephe. iij.
 ubi in fine dicit: Sed estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem,
 sicut & deus in Christo donauit uobis.

Sacrificate sacrificium iusticiæ, & sperate in domino.

Mira doctrina: Quid nam est sacrificium iusticiæ? Quis offerre deo potest iu-
 sticiam, quam potius a deo quibusq; sacrificijs impetrare oporteat? Breuiter,
 distinguit sacrificiū iusticiæ, ab oībus sacrificijs peccatorum & quarūcūq; rerū.
 Q; hæc duo sacrificia maxime pugnent. Sacrificium iusticiæ facit peccatores,
 sacrificium rerum, iustos. In hoc dare deo aliqd̄ uidemur & iusticiam operari,
 in illo nō nisi recipere uolum^o a deo, & peccatum cōfiteri. Ita fit ut sacrificium
 rerum, dū iusticijs & operibus inflat, impatientes reddat iniuriæ, tanq̄ cōscios,
 sibi longe meliorum meritorum, unde & ad uindictā acius accēduntur tanq̄
 iusticiam suā turati. Est ergo sacrificium iusticiæ, deum iustificare & laudare,
 seipsum peccatorē accusare, dignumq; omnibus his, quæ patitur pronuntiare
 (cum psal. cxvij.) dicendo: Iustus es dñe, & rectum iudicium tuum. Quale pul-
 cherimo exemplo describit Dauid, iij. Omnia quæ induxisti super nos, & quæ
 cūq; fecisti nobis, in uero iudicio fecisti, & tradidisti nos in manibus inimico-
 rum nostrorum iniquorum: Et infra, in anima cōtrita & spiritu humilitatis su-
 scipiamur, sicut in holocausto arietum & taurorum, & sicut in milibus agno-
 rum pinguium, sic fiat sacrificiū nostrū in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi,
 quoniam non est cōfusio confidentibus in te. Idem Baruch. j. docet captiuos
 in Babylone: Et dicetis, inquit, dño deo nostro iusticia, nobis autem confusio
 faciei nostræ, sicut est dies hæc. Hoc aut sacrificium fiat oportet, ex uero corde,
 ore & opere, corde peccatū ueraciter agnoscēdo, ore sine fictione confitendo,
 opere poenas peccatorē dignas uolenter ferēdo. Multi sane dicūt ore, se esse pec-
 catores, sed neq; corde, neq; opere: quod probāt, dū neq; dici ab alijs neq; habe-
 ri peccatores uolūt, neq; iniurias pati. Si peccator es, cur poenas fugis? Si non
 meritis tibi uideris, cur te peccatorem dicis? Iustorum est hæc gloria propria,
 ut sit eis honor & pax Ro. ij. Peccatoris aut ppria sunt, tribulatio & angustia.
 Igitur q̄ deo iusticiam, sibi peccatum, uero corde tribuit, hi sunt qui sacrificiāt
 duo illa sacrificia iusticiæ, in scripturis commēdata. Quorum unum potest di-
 ci matutinum, de q̄ dicit psal. xlix. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic
 iter, quo ostendam illi salutare dei: Alterum uespertinum, de q̄ psal. l. Sacrifici-
 um deo spiritus cōtribulatus, cor cōtritum & humiliatum, deus nō despiciet.
 Atq; hoc forte uersus hic indicat, q̄ in hebræo plurali numero dicit: Sacrificate
 sacrificia iusticiæ, ut ambo includat sacrificia.

Sacrificium
 iusticiæ pecca-
 tores, rerū iu-
 stos facit.

Sacrificium
 iusticiæ.

Contra Phari-
 saicam confes-
 sionem.

Sacrificium
 matutinum &
 uespertinum.

F iij Ergo

*Iusticia nõ no
bis arrogada,
sed offeren-
da deo.*

Est ergo in quacuncq̃ tentatione & iniuria, non nobis iusticia arroganda, sed prorsus remouenda & deo offerenda, quod qui non faciunt, in iudicijs, detractionibus, litibus, iurgijs, contentionibus ac rixis alijsq̃ modis carnis inuoluuntur, quæ Gal. v. Apostolus recenset, & sic, ut in iudicijs mordendo consumuntur nõ tantum in spiritu amissa charitate, sed in corpore & in substantia litigando profusa. Verum iusticia sacrificijs iusticiae inseruirent Christiani, ubi relinquere iura & leges, ac nos docemur hæc sacrificia, ne sit opus iuribus & legibus, Rex Babylonis iniussit fecit filios Israel captiuando: Sicut dicunt Dañ. ij. Tradidisti nos regi in Hierosolymis, resistendo & iusticiam exposculado magis deum offendimus & pessimo ultra omnem terram. Et tamen Zedechias rex & qui reliquos Hierosolymis, resistendo & iusticiam exposculado magis deum offendimus Qui uero uolenter, posita iusticiae factantia, se tradiderunt, deo optime placuerunt, ita ut hi in media Babylone & inimicorum seruarerunt, honorarerunt, multiplicarentur: Illi uero in media Hierusalem inter amicos, perirent, confunderentur, minorarentur. Quia hæc sacrificia iusticiae sacrificauerunt, sine peccatis aut ullis rebus: Illi uero sacrificia pecudum & rerum, sine iusticia obulerunt, quia iusti esse uoluerunt, & peccatum nõ agnouerunt, hi uero peccatum agnouerunt, & deo iusticiam tribuerunt.

*Sacrificiũ in
Babylone &
Hierosolymis*

*Forenses cæ
indignæ Chri-
stiano.*

*In curias Epi-
scoporum.*

Flebilis uerũ.

Ex quibus intelligimus Chaos illud & tartarum forisium causatum & Romanarum artium cū uniuersis libris, stilis, moribus, uisibus, iuribus, iusticijsq̃ suis, esse rem peregrinam Christiano homini, & ab Ecclesiasticæ uisæ syncretitate alienam, solaq̃ permissione toleratam, p̃ infirmorum salutem, ne deteriora facerent uindictæ propriæ studio, aut impatientiæ mole uicti. In quam tamen hodie sic incumbitur Romæ & Episcopalibus curijs, ut non modo iusticiam ibi regnare arbitrentur, sed etiam pro augenda iusticia eiusmodi, etiam lites hinc tibis emant, omnium iurgia & rixas ex omnibus mundi angulis ad se aduocent, ut nulla fuerit unq̃ cuiusuis prophanæ aut gentilis Imperatoris curia, nec confusa negotijs, isq̃ p̃phanissimis, simul tamen (quod mireris) nisi de sacris ac diuinis turpissime emptis, redemptis, uenditis, reuenditis, raptis, uoratis, perditis rebus, Fontem iusticiae appellat luristæ Ro. Curiam hodiernam, cum rectius cataclysmum iniquitatis appellare eam conueniat, quod inde inuadet uastitas & obliuio horum sacrificiorum iusticiae & scientiæ Christi, indicibilis ui & impetu in totum orbem terrarum. Breuiter, regnum inferorum proprius simulat hodie Roma q̃ regnum cœlorum.

Sed esto: iusticiam obtulerimus, peccatores nos esse confessi, peccatorumq̃ merita amplexi: Quid inde? num pereundum nobis est, & in peccatis moriendum? Nonne deus odit peccatores? in quod periculum nos trahis hac tua doctrina? Responder: Bono estote animo, solũ sperate in domino. Sic enim socij Danielis, Dan. ij. fecerunt, cum dixisset: Peccauimus & inique egimus, mox tamen in spem erecti dicunt: Qm̃ non est cõsilio cõsidentibus in te, hoc est, q̃ supra ex Isaia satis dixi. In silētio & spe erit fortitudo uĩa, ut nos ipsos nõ uindictemus tanq̃ iusti, sed sine tumultu & in silētio patientes, peccatũ nostrũ cõdicemur, commendata causa deo, & expectata eius miseratione cū fiducia, ueniens enim ueniet, & iudiciũ faciet iniuriam patientibus, & uindictã pauperum. Ita deus erit fortitudo nĩa in infirmitate nĩa, nisi eni ablata fuerit fiducia iusticiae nostræ, & dignos nos, tanq̃ peccatores, oĩbus malis cõsitemur, spes & salus locum habere nõ possunt, q̃ deus humiles solum respiciat.

Multi